

christiánis: et, quæ profiténtur, agnóscere, et cæléste munus dilígere, quod frequéntant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

all Christian people, that they may understand what they profess, and love the heavenly Gift which they frequent. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

MASS PROPER: THURSDAY AFTER THE 1ST SUNDAY IN LENT

MASS (*Conféssio*) (violet)

INTROIT Psalms 95: 6

Conféssio et pulchritúdo in conspéctu eius: sánctitas et magnificéntia in sanctificatióne ejus. (Ps. 95: 1) Cantáte Dómino cánticum novum: cantáte Dómino, omnis terra. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Conféssio et pulchritúdo in conspéctu eius: sánctitas et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Praise and beauty are before Him: holiness and majesty in His sanctuary. (Ps. 95: 1) Sing ye to the Lord a new canticle: sing to the Lord, all the earth. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Praise and beauty are before Him: holiness and majesty in His sanctuary.

COLLECT

Devotiónem pópuli tui, quæsumus, Dómine, benígnus inténde: ut, qui per abstinéntiam macerántur in córpore, per fructum boni óperis reficiántur in mente. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Look down favorably, we beseech Thee, O Lord, upon the devotion of Thy people, that they whose bodies are mortified by abstinence, may through the fruit of good works be refreshed in mind. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

LESSON Ezekiel 18: 1-9

In diébus illis: Factus est sermo Dómini ad me, dicens: Quid est, quod inter vos parábolam vértitis in provérbium istud in terra Israél, dicéntes: Patres comedérunt uvam acérbam, et dentes filiórum obstupéscunt? Vivo ego, dicit Dóminus Deus, si erit ultra vobis parábola hæc in provérbium in Israél. Ecce, omnes ánimæ meæ sunt: ut ánima patris, ita et ánima filii mea est: ánima, quæ peccáverit, ipsa moriétur. Et vir si fúerit justus, et fécerit iudícium et justítiam, in móntibus non coméderit, et óculos suos non leváverit ad idóla domus Israél: et uxórem próximi sui non violáverit, et ad mulierem menstruátam non accésserit: et hómínem non

In those days, the word of the Lord came to me, saying: What is the meaning that you use among you this parable as a proverb in the land of Israel, saying: The fathers have eaten sour grapes, and the teeth of the children are set on edge. As I live, saith the Lord God, this parable shall be no more to you a proverb in Israel. Behold all souls are mine: as the soul of the father, so also the soul of the son is mine: the soul that sinneth, the same shall die. And if a man be just, and do judgment and justice, and hath not eaten upon the mountains, nor lifted up his eyes to the idols of the house of Israel: and hath not defiled his neighbor's wife, nor come near to a menstruous woman: And hath not

contristáverit: pignus debitóri reddíderit, per vim nihil rapúerit: panem suum esuriénti déderit, et nudum operúerit vestiménto: ad usúram non commodáverit, et ámplius non accéperit: ab iniquitáte avértent manum suam, et iudícium verum fécerit inter virum et virum: in præcéptis meis ambuláverit, et iudícia mea custodíerit, ut fáciat veritátem: hic justus est, víta vivet, ait Dóminus omnípotens.

GRADUAL Psalms 16: 8, 2

Custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi: sub umbra alárum tuárum prótege me. De vultu tuo iudícium meum pródeat: óculi tui vídeant æquitátem.

GOSPEL Matthew 15: 21-28

In illo témpore: Egréssus Jesus secéssit in partes Tyri et Sidónis. Et ecce, múlier Chananæa a finibus illis egréssa clamávit, dicens ei: Miserére mei, Dómine, fili David: fília mea male a dæmónio vexátur. Qui non respóndit ei verbum. Et accedéntes discípuli ejus rogábant eum, dicéntes: Dimitte eam; quia clamat post nos. Ipse autem respóndens, ait: Non sum missus nisi ad oves, quæ periérunt domus Israél. At illa venit, et adorávit eum, dicens: Dómine, ádjuva me. Qui respóndens, ait: Non est bonum sumere panem filiórum, et mittere cánibus. At illa dixit: Etiam, Dómine: nam et catélli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominórum suórum. Tunc respóndens Jesus, ait illi: O múlier, magna est fides tua: fiat tibi, sicut vis. Et sanáta est fília ejus ex illa hora.

OFFERTORY Psalms 33: 8- 9

Immíttet Ángelus Dómini in circúitu

wronged any man: but hath restored the pledge to the debtor, hath taken nothing away by violence: hath given his bread to the hungry, and hath covered the naked with a garment: Hath not lent upon usury, nor taken any increase: hath withdrawn his hand from iniquity, and hath executed true judgment between man and man: Hath walked in my commandments, and kept my judgments, to do truth: he is just, he shall surely live, saith the Lord almighty.

Keep me, O Lord, as the apple of Thine eye: protect me under the shadow of Thy wings. Let my judgment come forth from Thy countenance: let Thine eyes behold the things that are equitable.

At that time Jesus went from thence, and retired into the coasts of Tyre and Sidon. And behold a woman of Canaan who came out of those coasts, crying out, said to him: Have mercy on me, O Lord, thou son of David: my daughter is grievously troubled by the devil. Who answered her not a word. And his disciples came and besought him, saying: Send her away, for she crieth after us: And he answering, said: I was not sent but to the sheep that are lost of the house of Israel. But she came and adored him, saying: Lord, help me. Who answering, said: It is not good to take the bread of the children, and to cast it to the dogs. But she said: Yea, Lord; for the whelps also eat of the crumbs that fall from the table of their masters. Then Jesus answering, said to her: O woman, great is thy faith: be it done to thee as thou wilt: and her daughter was cured from that hour.

The Angel of the Lord shall encamp

timéntium eum, et erípiet eos: gustáte, et vidéte, quóniam suávis est Dóminus.

SECRET

Sacrificia, Dómine, quæsumus, propénsius ista nos salvent, quæ medicínalibus sunt institúta jejúniis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF LENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largírís et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítte júbeas, deprecámur, súplici confessióne dicéntes:

COMMUNION John 6: 52

Panis, quem ego dédero, caro mea est pro saeculi vita.

POSTCOMMUNION

Tuórum nos, Dómine, largitáte donórum, et temporálibus attólle præsídiis, et rénova sempitérnis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PRAYER OVER THE PEOPLE

Humiliáte cápita vestra Deo. Da, quæsumus, Dómine, pópulis

round about them that fear Him, and shall deliver them: O taste, and see that the Lord is sweet.

May these sacrificial rites, we beseech Thee, O Lord, the more readily save us in that they are introduced by healing fasts. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards; through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

The bread that I will give is My Flesh for the life of the world.

Out of the abundance of Thy gifts, O Lord, sustain us with temporal safeguards, and renew us by the those that are eternal. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Bow down your heads before God. Grant, we beseech Thee, O Lord, to